



Catalogus disert.

1. Jo. Aug. Ernesti

1. de fide historica.
2. de difficultatibus Novi T. recte inter-pretandi.
3. de templo Herodis M.
4. de vanitate philosophantium etc.
5. de vestigiis lingua hebraica in lingua graeca.
6. de theologia historica & dogmatica coniungenda necessitate.
7. de libertate iudicandi in causa religionis.
8. de doni linguarum natura ad illustr. 1 Cor. XIII.
9. de avaxεφαλαωβει coelestium et ter-  
restrium ad Eph. I. 10.

2. D. J. S. Romler

10. de liberali doctoris S. I. provincia
11. de J. P. Franer
11. de quo Christus imago dei inveniibilis, ad 1 Cor. II. 4. 1 Cor. I. 18. Hebr. I. 3.
12. spiritus apostolorum Jesu & magister agunt mandata ad 1 Cor. XII. 8-11
13. de quo Christus, quam in sententiam ois, et dici legislator novus potest.

3. J. H. Heibitz

14. de iis qui primitias spiritus acceperunt ad Rom. VIII. 27.
15. explicatio capituli Ab. Paul. ep. ad Rom. ad Rom. var. Baumgarten.
16. de vixque rebus ab hominibus in sua vita non obtinenda.
17. obs. ad illustrationem M. T. ex pro-  
fuit

4. J. G. G. G. G.

18. de vero usu atque abusu rationis hu-  
manae in rebus divinis.

7. D. Gott. Leib.

19. de doni linguarum indole
20. de filio hominis
21. sententia iudeorum de messia &  
de loro epus regno.
8. Franc. Volckmar Reinhard
22. utrum ad aedificium de miraculis requi-  
ratur inivisa naturae accurata cognitio
9. G. M. S. M. M. M.
23. de amen liturgico.
24. iudicium de nonnullis dubitationibus  
contra rel. Christ.

10. J. Benj. Koppe

25. quid sit & auctoritas quo scripturae et qui  
et interpretor 2 The. II. 2-10.

11. J. L. C. Loeber

26. vindicta iudicia divina in morte trauis  
ad 1 Cor. I. 1-11.

12. F. Andr. Stroth.

27. de vera herese 1 Joh. II. 3.

13. D. C. G. Pittmann

28. de quo deus in servator in ev. Joannis de  
monstratur.

14. D. C. G. Robert.

29. causa belli formaliter adorsur lana-  
nari gerit. Tacunt multa

15. C. D. Beck.

30. specimen historiae bibliothecarum alexon.  
donarum.

16. C. L. Gerling

31. doctrina de summa atque altera de se  
Christi divinitate.

Johann.  
N. 129.  
2.

Cl 2720

24

RECTOR  
ACADEMIAE VITEBERGENSIS  
GEORGIVS FRIDERICVS  
K R A V S

IVR. VTR. DOCTOR CODICIS PROF. PVBL. ORD  
CVRIAE PROVINC. CONSIST. ECCLES. SCABIN  
ET FACVLT. IVRID. ASSESSOR

CIVIBVS ACADEMICIS

S. P. D



R E C T O R  
ACADEMIAE VITBERGENSIS  
GEORGIVS FRIDERICVS  
K R A V S  
IVR. VTR. DOCTOR CODICIS PÆOT. PVBL. ORD.  
CIVILIS PROVINC. CONSIST. ECCLES. SCABIN.  
ET FACULT. IVRID. ASSESSOR.  
CIVIBVS ACADEMICIS  
P. R. D.



DE

## ANGELORVM LAETITIA

---

**R**aptus in sublime leues per auras,  
Regia mistus superis in aula,  
Caelitum vidi, mihi crede, CIVIS,  
Gaudia praesens.

Talibus tellus sua, vel triumphans,  
Ante nec ponet, neque comparabit.  
Canto, quae vidi, noua, mira visu,  
Mira relatu.

1850

2

Nempe

Nempe naturam Patris intueri,  
Virium et partem numero carentum  
Incolis caeli numerare, festa  
Luce, dabatur.

Qualis o qualis penetrabat illos  
Gaudii sensus! Nihil est eritque  
Dulcius motu, nihil est eritque  
Fortius illo.

Vim parem iam non capimus, sed olim  
Nos pererrabit quoque tanta summae  
Vis voluptatis, simili beandos  
Sortis honore.

Nos quidem gaudemus alacriores,  
Dum iocos suadet iuuenilis aetas,  
Hic tamen lus brevis est, fugacis  
Stultitiae aestus.

At perit numquam, neque rursus atrum  
Transit in luctum pius ille motus  
Gaudij, diuina vbi nobilisque  
Prostat origo.

Quan-

Quando mortali vehit hora quæuis  
Plurimas causas grauius dolendi  
Pro leui risu, sine fine gestit  
Concio caeli.

Pars opus mirata redemptionis,  
Quod subobscurum latuisset ante  
Caelicæ mentes, patefactionem  
Laeta colebat.

Astra concentu feriente, coetus  
Prosequatur patrios amores,  
Gratulans terris stabilita fractæ  
Foedera pacis.

Alites ibant alii in choreas,  
Qui, reum ad frugem rediisse læti,  
Sponte nectebant sua poenitentis  
Brachia collo.

Inter amplexus reducem frequentes  
Ad thronum summi Patris admouebant,  
Cum pio in caelis bona partientes  
Propria ciue.

Hi, labascentem tenuisse, o recta  
Infurrando, mala semouendo  
Deuiaē menti, pia sentiebant  
Gaudia corde.

Vicit, incantabat Olympus omnis  
Ore tunc vno, bonus ecce vicit  
Frater, o vicit meruitque cingi  
Tempora lauru.

Euge! conflictu grauiore tandem  
Saluus excessit, domitor maligni  
Hostis et saeui, date gratulantes  
Praemia fronti!

Splendido coram folio Tonantis  
Vidi et apparere hilares ministros:  
Omnibus regis facere imperata  
Promta voluntas.

Plausibus gratis resonabat aula,  
Vita fortunaeque pii tuendae  
Seu iuberentur, lapis ut pedem ne  
Laedat euntis.

Seu coercendum genus esset atrox,  
Quod giganteo capita alta fastu  
Ferret in caelum, superis et ipso  
Numine spretis.

Hi triumphantes super efferatis,  
Atque seruatis animabus illi,  
Gloriabantur, Patris aeuiterni  
Non sine laude.

Nostri gaudebant alii tulisse  
Vota per nubes, minime timentes,  
Cassa de surda reditura duri  
Aure Parentis.

Quisue lugentem putet ire pompam,  
Quando caelestes animam euolantem  
Inferunt Patris gremio suprema  
Funeris hora?

Mille per laetas modulationes  
Colla flectuntur, quoties forem  
Liberam curis iterum in beata  
Sede reponunt.

Maius,

Maius, o CIVIS, nihil opto maius,  
Quam dari de TE quoque gestiendi  
Copiam, viuas, moriari, lactae  
Sedis alumnis.

Hoc vt obtingat, pia funde vota,  
Nec nega, qui sunt similes in aede  
Angelis, gratus TVA ferre ad aram  
Dona ministris.

P. P.  
MICHAELIS SACRO  
A. C. MDCCLXXIX

---

VITEBERGAE  
LITTERIS CAROLI CHRISTIANI DÜRRII

Na 32.  
g

vd 18

ULB Halle  
005 367 468

3





CL 24

RECTOR  
ACADEMIAE VITEBERGE  
GEORGIVS FRIDER  
KRAVS

IVR. VTR. DOCTOR CODICIS PROF. P  
CVRIAE PROVINC. CONSIST. ECCLES.  
ET FACVLT. IVRID. ASSESSOR

*CIVIBVS ACADEMI*

S. P. D

